

219.

ARMONIA
MUSICALIS

DR. J. C.

1750

S. C. MUSICALIS

LESSUS
IN OBITUM
VIRI
Plurimum Reverendi, Clarissimi, Amplissimi & Doctissimi
DOMINI
M. HENRICI GOLTZII,
ECCLESIÆ CATHEDRALIS
per XXV. Annos
ARCHI-DIACONI FIDELISSIMI,
Die VI. Aprilis Annô Christi MDCCXV. post exantlatos gravissimos
& acutissimos morbos piè defundi,
tristi calamo
Conscriptus
à
MINISTERIO TRIPOLITANO.



Undus hic immensus permultis lave Roseum,
Plenaque latitiae creditur esse domus.
Hinc adeò grata est mundi plerisque Voluptas
Civibus, ut spernant Regna beata Poli;
Sed desiderio vitæ lacrymentur amarè,
Quando migrandi tempus adesse vident.
Ast male: nam mundum docet experientia, luctus
Vallem; non hilarem latitiam esse domum.
Ecce recens primò vagitu Pusio natus,
Quæ mala præfigit sint subeunda piis.
O spes fallaces! quisquis terrestre Theatrum
Mundi præponit sedibus æthereis.
Nam non visa oculis; audita nec auribus illac
Expectant Paulo gaudia teste pios.
Omnis homo natus mortali sanguine, tandem
Cogitur inimicis mortis adire viam.
Mors tollit pueros vernantes flore juventæ,
Non parcunt mortis spicula sæva seni.
Sunt velut umbra dies nostri, ceu ventus & aura,
Mox homo vivus adest; mox cita fata subit.
Sic nihil est constans tantum (quod novimus omnes)
Vivitur ingenio, cætera mortis erunt.
Sancte Senex GOLZI, mundo valedicere jussus
Rectoris Mundi Jussa capessis, abis.



Ante ter & denos annos tu pulpita Sacri
Loebnici ornasti non sine laude tuâ.
Ecquid in æde sacra fueras nisi stella coruscans
Aut quando in flamas splendida lampas abit.
Qualis limpidior fulget nec purior unquam
Vix ullis seclis clara lucerna micat.
Missus Cniphovium te plenâ voce vibrantem
Verba sacrô stupuit concio plenalocô.
Maturâ vultum gravitate trahens sed & aptam
Pro re temperiem jungere doctus eras.
Quid memorem morbos quorum tu tormine fessus
Translatus cœlum, tristia nulla vides.
Alter Jobus eras, patienter cuncta ferendô,
Namque hoc est hominis qui pietate gravis.
Doctrinæ integritas, vitæ notissima cunctis,
Et quæ Pastorem condecorare queant.
Sic mutasse licet nobis infausta beatis:
Hic nempe est veri finis apexque boni
Nunc Socii tibi sunt Patres, veteresque Prophetæ,
Et qui Martyriô digna brabea gerunt.
Parcite sed lacrymis, quos tangunt tristia fata,
Longinquis morbis quippe solitus abit.
Ut Domino placuit; sic factum frangere nemo
Decretum poterit, quod DEUS ipse facit.

4001